abritia los ojos de la alma en el Cielo, para veer à ſu Mageſtad cara à cara: de cuya viſta gozemos todos por ſu infinita miſericordia. Amen.

CAPITULO V.

Concluſion de las Memorias Hiſtoricas de la Congregacion de el Oratorio de Mexico.

769 TEnemos, con el favor de Dios, dado fin à las Memorias, que penſamos hazer, aſsi de la V. Union, y muchos de los artifices dieſtros, que aplicaron à el lienzo los pinzeles, boſquexando en ella la imagen bella de una Congregacion de el Oratorio; como de la Imagen meſma, y los operarios zeloſos, que con otros coloridos han trabajado en ſu retoque. Y porquanto, para introducir eſta imagen, borando aquel boſquejo, quien governò la mano para que aplicaſſe los pinzeles, fue no menos que la cabeza de la Igleſia, mediante ſus Apoſtolicas letras, cono muchas vezes hemos inſinuado en eta hiſtoria, nos ha parecido no eſcuſado concluirla con la fiel copia, ò expeſsion de todas ellas, aſsi las que expidò la Santidad de el Señor Innocencio XII. como las de el Señor Clemente XI. de felice recordacion emtrambos: à que añadiremos las que nuevamente recibimos de el S. Clemente XII. que oy felicemente govierna, por ſer todas digias de eſpecial aprecio, y veneracion, cono la noticia de ſu contenido, guſtoſa à los que fueren à nueſtra Congregacion afectos, que no dudamos lo ſean todos: Son pues de el tenor ſiguiente.

INNOCENTIVS PAPA DVODECIMVS.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX quo divina Maieſtas ad paſtoralis officij faſtigium Nos, quamquam immeritos, evexit, illud, quantum in Nobis fuit, ſuperno auxilio freti conati ſumus, ut divinus cultus, & Catholicæ Fidei propagatio, ac animarum ſalus opportunis medijs augeretur: & propterea Clericorum Congregationes id operari cupientes intentis ſtudijs promovemus, & inſtituimus, favoribus que, & gratijs proſequimur opportunis, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cū itaque, ſicut accepimus, Congregatio Clericorum Sæcularium Oratoris Sancti Philippi Nerij, in Civitate Mexicanenſi in Indijs ordinaria auctoritate erecta, & inſtituta ſit, ijdēque Clerici Sacerdotes fidelium confeſsiones audire, Eccleſiæ ſacramenta adminiſtrare, exhortationes ad populum habere, infirmos viſitare, & alia pietatis, & Charitatis opera, non ſine notabili piarum animarum ſpirituali conſolatione, divinique cultus augmento iuxta pium eorum inſtitutum exercere cupiant, & de præſenti exerceant: pro erectionis autem, & inſtitutionis huiuſmodi ſubſiſtentia, & validitate plurimum cupiant illas Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri. Nos dictos Presbyteros, & Clericos, ut ad pia, & ſacra opera huiuſmodi exercenda promptiores reddantur, ac fructus, quos in vinea Domini plurimos hactenùs Domino attulerunt, eoſdem uberiores in poſterum afferant, ſpecialibus favoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pænis à iure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humilitèr porrectis inclinati, erectionem, & inſtitutionem prædictas, quatenus illæ canonicè factæ fuerint, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quā facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſuplemus. Et nihilominùs in prædicta Civitate Mexicanenſi unam prædictorum Presbyterorum, & Clericorum Sæcularium in illam pro tempore recipi volentiū Congregacionem ad inſtar Congregationis Oratorij huiuſmodi in Eccleſia Sanctorum Mariæ in Vallicella, & Gregorij de Urbe dudū Apoſtolica auctoritate erectæ, dummodo tamen Presbyteri, & Clerici huiuſmodi ordinationes, & inſtituta domus dictæ Congregationis Oratorij aliàs à fælicis recordationis Paulo Papa V. Prædeceſſore noſtro confirmata receperint, & illa pro viribus obſervare intendant; auctoritate, & tenore ſimilibus etiam perpetuò erigimus, & inſtituimus, ac nunc, & pro tempore exiſtentibus Præpoſito, & Presbyteris, & alijs eiuſdem Congregationis ſic de novo erectæ, qui ab Ordinario approbati fuerint, ut confeſsiones quorumcumq̄ ad eos accedentium quocumque anni tempore audire, ac illis pœnitentia debita, pro modo culpæ iniuncta, & alijs, quæ iniungenda fuerint, iniunctis, abſolutionem impendere ſalutarem poſsint, & valeant: Sacerdotes verò in eàdem Congregatione recepti Parochis, eorum ve iuriſdictioni minimè ſubiaceant, & ſibi ipſis ad invicem quæcumque Sacramenta Eccleſiaſtica, quovis, etiam Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ, tempore, vice, & loco Parochi miniſtrare: Superiores autem Congregationis per præſentes erectæ per ſe, vel alium, ſeu alios, ex ipſis iam approbatis, ſuos ſubditos à cenſuris, non tamen a caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, neque in litteris die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, abſolvere, illiſque debitam pœnitentiam ſimiliter iniungere, ijdemque ſuperiores receptos inobedientes, & ipſius Congregationis conſtitutionum tranſgreſſores punire, & pœnitentia pro modo culpæ eorum arbitrio, ſervatà tamen formà ordinationum, & inſtitutionum huiuſmodi, afficere, &, ſi ſibi videbitur, cum conſenſu maioris partis dictæ Congregationis culpabiles eijcere, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, liberè, & licitè ſimiliter poſsint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus. Ac demùm, quod Congregatiò per præſentes erecta, ſit, & perpetuò remaneat ſubiecta omnimodæ iuriſdictioni Archiepiſcopi Mexicani pro tempore exiſtentis: qui tamen ordinationes, & inſtituta prædicta nullo modo mutare, & alterare poſsit, ſimiliter perpetuò ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes præſentes litteras ſemper, & perpetuò validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab omnibus inviolabiliter obſervari, & ita per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Ac inſuper ut Eccleſia Congregationis ſic erectæ in maiori veneratione habeatur, & ab ipſis Chriſti fidelibus congruis frequentetur honoribus, alijque Presbyteri ad Congregationem per præſentes erectam ingrediendam magis incitentur, omnibus, & ſingulis Presbyteris, qui eamdem Congregationem de cætero ingredientur, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pœnitentes, & confeſsi Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam; ac ipſis nunc, & pro tempore exiſtentibus Presbyteris, & alijs conviventibus eiuſdem Congregationis in eorum mortis articulo nomen JESV corde, ſi ore nequiverint, invocantibus, etiam plenariam; nec non tam illis, quam alijs utriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſsis, ac ſacra communione refectis, qui eiuſdem Cōgregationis per præſentes erectæ Eccleſiam die feſto Sancti Philippi Nerij à primis veſperis uſque ad occaſum Solis feſti huiuſmodi ſingulis annis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſsionem etiam perpetuò concedimus, & elargimur. Nec non tam Presbyteris, & alijs eiuſdem Congregationis quoties pro exhortationibus habendis convenerint, quam alijs utriuſque ſexus Chriſti fidelibus iiſdem exhortationibus intereſſentibus decem annos, & qui Eccleſiam dictæ Congregationis in quatuor alijs anni feriatis, vel non feriatis, ſeu Dominicis diebus per eoſdem Presbyteros ſemel tantum eligendis, & ab Ordinario approbandis, à primis veſperis, uſque ad occaſum Solis dierum huiuſmodi ſingulis annis devotè viſitaverint, &, ut præfertur, oraverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas. Eiſdem vero Presbyteris, & alijs dictæ Congregationis quoties divinis officijs in dicta Eccleſia, vel Oratorio more dictæ Congregationis celebrandis, aut Congregationibus publicis, vel privatis, & ſecretis pro quocumque opere pio exercendo interfuerint, aut infirmos conſolati fuerint, vel Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, aut conſcientiam ſuam ante quam cubitum eant examinaverint, ſeu flagellis ad carnem caſtigandam ſe afflixerint; vel quinquies orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam tam pro animabus Presbyterorum, & aliorum dictæ Congregationis, quam aliorum in Chriſti Charitate defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes præcepta Dei, & ea quæ ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel Charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet præfatorum operum ſexaginta dies de iniunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentijs in formà Eccleſiæ conſuetà relaxamus. Non obſtantibus regula noſtrà de gratijs ad inſtar non concedendis, alijſque Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus, ac Univerſalibus Concilijs editis conſtitutionibus, & ordinationibus, ſtatutis, legibus, & conſuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, efficaciſsimis, & inſolitis clauſulis, irritantibus que, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſsis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorum

que totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, præſentibus pro plenè, & ſuficientèr expreſsis, & inſertis, habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque, Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſsis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem proſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima quarta Decembris, milleſimo ſexcenteſimo nonageſimoſeptimo: Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

CLEMENS PAPA VNDECIMVS.

Ad perpetuam rei memoriam.

PAſtoralis officij cura Nobis, meritis licet imparibus, ex alto commiſſa Nos admonet, & inducit, ut pia loca, quæ pro Chriſti fidelium commodo, & augmento erecta dicuntur, ut firma, & illibata perſiſtant, libenter, cum à Nobis petitur, Apoſtolico preſidio conſolidemus, & quandoque eadem de novo erigamus, ac ipſa ſpiritualibus muneribus, & gratijs cumulare ſatagamus, prout in Domino conſpicit expedire. Hinc eſt cum, ſicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filij modernus Præpoſitus, & Presbyteri, ac Clerici, & Laici ſæculares Congregationis Sancti Philippi Nerij nuncupatæ in Eccleſia eiuſdem Sancti Philippi, ſeu alterius Sancti Mexicanæ in Indijs ordinaria auctoritate, ut aſſeritur, aliàs erectæ, ipſi, qui ſub pio eiuſdem Sancti Philippi Inſtituto convivere, propriæ, alienæque ſaluti ſtudere, Verbi Dei prædicationi operam dare, alijſque pijs operibus vacare conſueverunt, attendentes ea firmiora, & validiora exiſtere, quæ Romani Pontificis auctoritate roborantur, & confirmantur: propterea, & ut ipſi exponentes in ſuo laudabili propoſito magis confovere, & ad huiuſmodi pia opera exercenda promptiores reddi valeant in futurum, & ne de validitate erectionis dictæ Congregationis ullo unquam tempore hęſitari contingat: Ideo Nobis humiliter ſupplicari fecerunt exponentes prædicti, ut eis in præmiſsis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur decreti, ſeu litterarũ patẽtium, vel aliarũ ſcripturarum tenores, etiam veriores, ac datis præſentibus pro expreſsis, habentes, ipſos que exponentes ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, nec non eos, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium tantùm conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, porrectis Nobis pro eorundem exponentium parte ſuper hoc ſupplicationibus inclinati, ex voto Congregationis venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, erectionem dictæ Cõgregationis ordinaria auctoritate, ut præfertur, factam, nec non omnia, & ſingula in decreto, ſeu litteris patentibus, vel alijs ſcripturis ſuper huiuſmodi erectione confecto, ſeu confectis, cuius, ſeu quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſsis, habentes, cõtenta, licita tamen, & honeſta, ac ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, & conſtitutionibus Apoſtolicis minimè cõtraria, & inde legitimè ſequuta quæcumque, Apoſtolica autoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti, & ſolemnitatum in eis forſan ommiſſarum defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, in eiſdem ſupplemus. Et nihilominus in prædicta Eccleſia Sancti Philippi ſeu alterius Sancti prædicti unam prædictorum Preſbyterorum, & Clericorum, ac Laicorum ſæcularium in eam pro tempore recipi volentium Congregationem ſub eiuſdem Sancti Philippi Nerij invocatione ad inſtar Congregationis Oratorij Sancti Philippi Nerij de Vrbe in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Vallicella nuncupatæ, & Sancti Gregorij de eadem Vrbe dudùm Apoſtolicà auctoritate erectæ, & fundatæ, dummodo tamen exponentes prædicti ordinationes, & inſtituta ſecundo dictæ Congregationis, aliàs à felicis recordationis Paulo Papa V. Prædeceſſore noſtro confirmata, receperint, ſeu recipiant, & illa pro viribus obſervare intendant, Apoſtolicà auctoritate prædictà earumdem tenore præſentium perpetuò erigimus, & inſtituimus, ac modernis, & pro tempore exiſtentibus Præpoſito, & alijs Presbyteris eiuſdem Congregationis ſic de novo erectæ, qui ab Ordinario approbati fuerint, ut cũfeſsiones quorumcumque Chriſti fidelium ad eos accedentium quocumque anni tempore audire, illiſque pœnitentià debità pro modo culpæ, & àlijs, quæ fuerint iniungenda, iniunctis, abſolutionem, non tamen

in caſibus Sedi Apoſtolicæ, vel Ordinario reſervatis, impendere poſsint, & valeant; Sacerdotibus verò, & Clericis, ac Laicis in eàdem Congregatione ſic de novo erecta receptis, & recipiendis, eorumq́ miniſtris, pro tempore quo ibidem permanſerint, ut Parochis, eorũ ve iuriſdictioni minimè ſubiaceant, ipſiq́ Sacerdotes ſibi invicẽ, ac Clericis, & Laicis, ac miniſtris prædictis quæcumq́ Eccleſiaſtica Sacramenta quovis, etiam Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ, tempore, vice, & loco Parochi miniſtrare. Superiores autem ipſius Congregationis ſic de novo erectæ per ſe, vel alium, ſeu alios ex ipſis iam approbatis ſuos ſubditos à cenſuris, non tamen in caſibus Sedi Apoſtolicæ prædictæ reſervatis, neque in litteris die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, abſolvere, illiſque debitam pænitentiam ſimiliter iniungere, iidemque ſuperiores receptos inobedientes, & ipſius Congregationis ſic de novo erectæ conſtitutionum tranſgreſſores punire, & pœnitentia pro modo culpæ, ſervatà tamen forma ordinationum, & inſtititutionum ſecundo dictæ Congregationis, afficere; &, ſi ſibi videbitur, cum conſenſu tamen maioris partis dictæ Congregationis ſic de novo erectæ, culpabiles ejicere, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſęcularis, liberè, & licitè ſimiliter poſsint, & valeant, dictà auctoritate concedimus, & indulgemus. Ac inſuper, quod prædicta Congregatio ſic de novo erecta perpètuò ſit, & eſſe intelligatur ſubiecta omnimodæ iuriſdictioni Archiepiſcopi Mexicani in Indijs pro tempore exiſtentis, à quo nihilominus ordinationes, & inſtituta dictæ Congregationis ſic de novo erectæ immutari, vel alterari minimè poſsint, auctoritate Apoſtolicà prædictà pariter perpetuò ſtatuimus, & ordinamus. Et demùm ijſdem Presbyteris, & Clericis, ac Laicis in eàdem Congregationem ſic de novo erectam pro tempore receptis, & recipiendis, quod omnibus, & ſingulis privilegijs, indulgentijs, gratijs, & indultis, ac exẽptionibus ſpiritualibus tantum ſecundò dictæ Congregationi Oratorij Sancti Philippi Nerij de prædicta Vrbe, etiam per viam extenſionis, vel communicationis per dictum Paulum prædeceſſorem, & quoſcumque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros uſquedum quomodolibet conceſsis tantum, Apoſtolicà auctoritate prædictà in omnibus, & per omnia, ac ſi illa dictæ Congregationi ſic de novo erectæ, eiuſque Presbyteris, Clericis, & Laicis nominatim, ſpecialiter, & expreſsè Apoſtolica auctoritate conceſſa fuiſſent, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licite valeant etiam concedimus, & jndulgemus; eaſdemque præſentes quoque litteras ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, ſuoſq́ plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectavit inviolabiter obſervari, ſic que in præmiſſis per quoſcumquè Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales iudicari, & difiniri debere. Irritum quoque, & inane decernimus ſi secùs ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſciẽter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de non concedendis indulgentijs adinſtar; ac recolendæ memoriæ Clementis Papæ Octavi ſuper modo, & forma communicandi indulgentias, & indulta per Congregationes, & Confraternitates de anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quarto, ſeu alio veriori tempore edita, quæ incipit Quæcumque à Sede Apoſtolicà, & prædicti Pauli quinti, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, alijſque Apoſtolicis, etiã in Vniverſalibus, Provincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non quibuſvis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolicà, vel quavis firmitate alià roboratis ſtatutis, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcũq́ verborũ tenoribus, & formis, ac cũ quibuſvis derogatoriarũ derogatorijs, alijſq́ efficacioribus, efficacisſimis, & inſolitis clauſulis irritantibus, ac alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrariũ præmiſſorũ quomodolibet cõceſſis, ac etiã pluries confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & ſingulis, etiã ſi pro illorũ ſuficienti derogatione de illis, eorũq́ totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret; illorum tenorem ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs ommiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro expreſsis, habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, latiſsimè, & pleniſsimè hac vice tantùm ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Per præſentes autem nõ intendimus alicui præiudicare, ac primo dictæ Congregationis erectionem approbare; ſed volumus quod de novo erigatur ad formam ordinationum, inſtitutionum, & privilegiorum ſpiritualium tantum ſecundò dictæ Congregationis conceſſorum, non autem concedendorum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris, die decima tertia Auguſti milleſimi ſeptingenteſimi quinti. Pontificatus noſtri anno quinto.

CLEMENS PAPA DVODECIMVS.

Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Eccleſiæ regimini, meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ Sapientiæ, atque bonitatis abundantiam præſidentes Presbyterorum ſæcularium Congregationes in Eccleſia Dei pie, ſanctèque inſtitutas, uberesque bonorum operum fructus aſsiduè proferre ſatagentes, privilegijs, & gratijs libenter decoramus ſicut ad omnipotentis Dei gloriam, & animarum ſalutem cognoſcimus, in Domino expedire. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filij Presbyteri ſæculares Congregationis Oratorij Sācti Philipi Nerij Mexicanæ in Indijs Occidentalibus, quod dudum eadem Congregatio à felicis recordationis Innocentio Papa duodecimo prædeceſſore noſtro confirmata, & non nullis gratijs, indultis, & privilegijs decorata fuit, ipſiuſque Congregationis Presbyteri ſub eodem inſtituto Sancti Philippi Nerij, quod dilecti pariter filij Presbyteri ſæculares Congregationis Oratorij eiuſdem Sancti Philippi Nerij in Eccleſia Sanctorum Mariæ, & Gregorij in Vallicella de Vrbe erecta ſervant, hactenus vixerunt, & adhuc vivunt de præſenti. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, regulæ, & inſtituta dictæ Congregationis Romanæ ſubinde à recordatæ memoriæ Paulo quinto Gregorio decimo quinto, & Vrbano octavo Romanis Pontificibus prædeceſſoribus pariter noſtris ſpecialiter approbata, ipſiq̃ Congregationi Romanæ, ac illius Eccelſiæ, Præsbyteris, & perſonis ab iiſdem, & forſen alijs Romanis Pontificibus etiā prędeceſſoribus noſtris multa privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exēptiones, regulæ & indulta conceſſa fuerint, prout in ipſorum prædeceſſorun litteris Apoſtolicis deſupèr reſpectivè expeditis uberiùs dicitur contineri; ipſi vero exponentes regulas, & inſtituta huiuſmodi receperint, ſeu recipere, & illa pro viribus obſervare parati ſint, ac proinde eiſdē quoq̃ privilegijs, & gratijs frui, & gaudere poſſe plurimū diſiderent: Nobis propterea humiliter ſupplicare fecerūt, ut ſibi in præmiſſis opportunè providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apoſtolicà dignaremur: Nos igitur ſpecialé ipſis exponentibus gratiā facere volentes, & eorūq̃ ſingulares perſonas à quibuſvis excōmunicationis, ſuſpēſionis, & interdicti, alijſq̃ Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectū præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ac præfatarum litterarum Apoſtolicarum tenores, præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſsis, & inſertis, habentes, huiuſmodi ſupplicat[...]ibus inclinati prædictæ Congregationi Oratorij Sancti Philippi Nerij Mexicanæ, illiuſque Eccleſiæ, ac Presbyteris ſæcularibus, & perſonis nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut omnibus, & ſingulis privilegijs, favoribus gatijs, indulgentijs, ac exemptionibus, regulis, & indultis memoratæ Congregationis Romanæ, eiuſque Eccleſiæ, Presbyteris, & perſonis per præfatos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros quomodolibet conceſſis, etiam ſpecificà, & individua mentione, & expreſsione dignis, ex quibus eadem Congregatio Romana, eiuſque Eccleſia, Presbyteri, & perſonæ ex memoratorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conceſsione de præſenti utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, non tamen indulgentià perpetuà à felicis recordationis Benedicto Papa decimo tertio prædeceſſore quoq̃ noſtro memoratæ Eccleſiæ Sanctorum Mariæ, & Gregorij in Vallicella ſub certis modo, & formà tunc expreſsis conceſſa, pari modo uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſsint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, & indulta huiuſmodi ipſi Congregationi Mexicanæ, eiuſque Eccleſiæ, Presbyteris, & perſonis ſpecialiter conceſſa reperirentur. Sine præiudicio tamen gratiarum, indultorum, & privilegiorum eidem Congregationi Mexicanæ à ſupradicto Innocentio prędeceſſore, ſicut præmittitur, conceſſorum, & dummodo ipſius Congregationis Mexicanæ Presbyteri, & perſonæ nunc, & pro tempore exiſtentes regulas, & inſtituta pro dicta Congregatione Romana, ut prefertur, approbata obſervent, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſsimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſsis per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Non obſtantibus noſtrà, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulà de non concedendis indulgentijs ad inſtar, alijſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, dictæ Congregationis Mexicanæ, alijſque quibuſvis, etiam juramento, confirmatione

Apoſtolicà, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſsis, ac de verbo ad verbum inſertis, habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hàc vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die vigeſima Martij MDCCXXXII. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

773 Omitimos aquí las Bulas, en que ſe expreſſan los privilegios, que goza nueſtra Congregacion de el Oratorio de Mexico, ya por la comunicacion con la de Roma en virtud de las referidas letras; y ya por immediata conceſſion à las Congregaciones todas fundadas, y por fundar; por quanto ſolo nos ha parecido preciſſa la expreſsion de aquellas, que ſe han particularmente dirigido à noſotros, y que en el lib. 1. de la primera parte (que parecia ſu lugar oportuno) no copiamos, por no interumpir demaſiadamente la hiſtorica narracion. La qual concluimos (dexando otras) con la advertencia, que es digna de hazerſe, en la condicion, que aſsi el Señor Innocencio, como ambos Clementes ponen, ya en ſu ereccion, y Apoſtolica confirmacion, ya para poder gozar de las gracias, y privilegios con que ſu Apoſtolica benignidad la enriqueze, conviene à ſaber, de arreglarſe à las Conſtituciones que obſerva la Congregacion de Roma: Condicion tan preciſſa, y eſtilo tan invariable en los Romanos Pontifices en erigir, y confirmar nueſtras Congregaciones con la conceſſion de ſus gracias, y privilegios, quanto puede claramente inferirſe por lo que los RR. PP. de la Congregacion Romana, eſcribieron à los de la Puebla en nueſtra Nueva Eſpaña: de cuya carta ſu fecha à 26. de Henero de el año de 1692. nos ha parecido copiar aqui algunas clauſulas, por la recomendacion que aquella Congregacion ſe merece como Madre, y Cabeza, que debe venerarſe de todas. Eſcriben pues aſsi.

774 *Ergo chariſsimi PP. in libello conſtitutionum noſtrarum ſcrutamini quid agere debeatis, & quæ in ipſo mandantur* pro viribus obſervare ſtudete: *hoc enim ſufficit, pro ut in alijs Congregationibus Italicis, Hiſpanicis, & Polonicis firmiſſimè tenetur ex declaratà Pontificis Maximi voluntate. Omnes igitur S. P. Philippi Nerij Congregationes per orbem, longè, lateque difuſſæ, quæ à Sede Apoſtolicà communicationem privilegiorum noſtrorum, ut vos, obtinuerunt, ſi pro viribus conſtitutiones Sancti Patris noſtri obſervare nituntur, perſpicuum eſt, ipſas ex omnibus indulgentijs & gratijs hucuſque à Summis Pontificibus nobis conceſsis integrum fructum colligere. Ut nobis Sanctiſſimus Dominus Innocentius Papa XII. novam expeditionem litterarum Apoſtolicarum elargiretur, reſtrictione illà ſublatà;* dummodò obſerventur conſtitutiones à S. Philippo Nerio constructæ pro Congregatione Oratorij, *enixis precibus flagitavimus; ſed petità, obtinere non potuimus; nam ſtylus, & inalterabilis conſuetudo Diplomatum talis eſt: Immò iuxta intentionem S. P. N. Pauli V. limitatio illa pernéceſſe requiritur: Renuit enim ſummus ille Pontifex felicis recordationis gaudere noſtris privilegijs, & indulgētijs alios Confratres, ſocietates, vel collegia, quæ non ſervant conſtitutiones noſtras, atque illis nec titulum Congregationis Oratorij habere permittit. Vniverſos autem in Congragationibus ſub titulo S. Patris ſimul viventes, quanvis omnia, & ſingula, ut nos, facere nequeant, dummodò pro viribus ſecundum loca, & tempora, quidquid poſſunt ſtudeant peragere; evidens eſt ex communi Theologorum ſententià (hoc enim ſonant verba Diplomatis,* pro viribus) *noſtris privilegijs perfrui, ac indulgentijs gaudere. Advertite tamen, admodum R. PP. ne hac re decipiamini, ut, ſcilicet privilegia conviventibus in Congregatione ſpeciali modo elargita, Confratribus Oratorij veſtræ Eccle-*

ſiaſticæ Concordiæ adſcriptis, ſed extra clauſtra ſacelli veſtri in proprijs domibus, oppidis, urbibuſque diſperſis, ſive Sacerdotibus, ſive Clericis, ſive Parochis, ſive Beneficiarijs velitis extendere. Oportet enim diſtinguere Patres, qui in Oratorio convivunt (& iſti, propriè loquendo, conſtituunt Congregationem cum iuribus, facultatibuſque) à Confratribus Oratorij, ſive ſint Sacerdotes, ſive Laici, qui in ſuis privatis habitationibus degunt: ſicut enim hìc Romæ, & alibi hi non privilegijs noſtris, ſed tantum Indulgentijs ſpecialiter ipſis indultis potiuntur: ſic pari modo in iſtis Occidentalibus Indijs eadem ratio, eademque praxis ſervari debet; talis enim fuit ab initio, & nunc eſt intentio ſummorum Pontificum, qui talia privilegia conceſſerunt.

775 Haſta aqui las palabras de la carta en confirmacion de quanto llevamos dicho en eſta hiſtoria, en orden à averſe viſto preciſſados los nueſtros à borrar aquellos antiguos raſgos de la V. Union, procurando retocar la hermoſa Imagen de una Congregacion de el Oratorio, en debido arreglamiento à las Bulas, y Conſtituciones Pontificias, queriendo obſervar ſus eſtatutos, para no defraudarnos de ſus privilegios, ni deſmerecer ſer hijos de S. Phelipe. Como hijo Yo de tal P. aunque ſea ſolo en el nombre (reconociendome indigno de tenerlo, por no convenir con las obras) he pretendido, ſi no retocar (que fuera demaſiado pretender) boſquejar à lo menos rudamente en eſta hiſtoria la Imagen, por ſì hermoſa, de nueſtra Congregacion de el Oratorio, que ſe ha ſolicitado copiar en nueſtra Imperial Corte de Mexico, dando juntamente por memorias, boſquejos rudos tambien de muchos de los Artifices dieſtros, ya de los que antes la boſquejaron, ya de los que deſpues ſe han afanado en ſacar una perfecta copia. He hecho haſta donde llegaron las fuerzas, no el deſeo; que eſte ha ſido grande, aquellas pocas: mas con ellas, ſi no en todo, no ha dexado el deſeo en parte de deſcubrirſe: pudiendo aſſegurar, no aver ſido otro, que el de las glorias de nueſtro Santiſsimo Patriarca, de dar à conocer en nueſtra America (en donde no lo era) ſu Inſtituto, y de hazer eſte pequeño ſervicio à mi Congregacion, de mi, no sè ſi la llame amada, quando no ha ſido ſervida: Y ſi en eſto no lo fuere, por no aver acertado mi inutilidad à darle guſto; pues eſtà tan acoſtumbrada à condonar piadoſa mis continuos deſaciertos, eſpero no mude eſta vez de condicion, dandoſe por ſatisfecha, ya que no de mi ſervicio, a lo menos de mi deſeo.

FIN DE LA TERCERA PARTE.

SEGUNDA PROTESTA.

Continuando en obedecer à los decretos de N. SSmo. P. el Sr. Urbano VIII. y demas ſobre la materia, proteſto, que quanto va referido en eſtas memorias no pretendo tenga mas auctoridad, que la que conſigo trae una fee puramente humana: y eſpecialmente lo que toca à viſiones, profecias, ſanidades, que pareſcan milagroſas, y qualeſquiera coſas que ſe juſguen ſobrenaturales, no aviendo ſido mi intento darles calificacion ſemejante: como ni que los terminos de *Venerable, bendito, ſiervo de Dios*, ò ſemejantes, apelen ſobre las Perſonas, ſino ſobre las acciones virtuoſas, que ſe refieren: Sujetandome en todo, y por todo, como hijo ſuyo, à la correccion de nueſtra Madre la Santa Igleſia. &c.

Julian Gutierrez Davila.

INDICE DE LAS COSAS NOTABLES

A. denota la primera parte. B. la ſegunda. C. la tercera. Quando ninguna ſe pone veaſe la immediata de arriba. Numeros ſon los de el margen.

A.

Abejas: Son ſus fructos dulzuras, y reſplandores. B. 457. En q̄ ſe les han de aſſemejar los Sacerdotes? C. 523. Gaſtan el tiempo en flores; pero con fructo. 529. Son las flores ſu fructuoſo recreo. 566. Impideles el viento. 529.

Abitos: Los de Monjas reformalos el Sr. Lanciego. C. 110. Abito relajado de una Monja convertido en cenizas; y porquè? B. 379.

Aborrecimiento: Tieneſelo la virtud à tres generos de perſonas; y quales. B. 77. quitaſelo el Dr. Pedroſa a una muger, que ſe lo tiene 224.

Abſtinencia: Grande la de el Dr. Pedroſa enfermo. B. 410. El P. Soſſa ſana con ella. C. 70. Qual fue la de el P. Guillen en el Pulpito? 539.

Abuſo: Lo avia en Bethlen de la Virgen de el Viage: lo quita el Dr. Pedroſa. B. 228. V. *Corruptelas*.

Accademia: Frequentala el Dr. Aldave. A. 448. Forma una de muſicos el Dr. Pedroſa. B. 19. Se funda, y mantiene una en la caſa de la Congregacion: principios, progreſſos, y fructos de ella: La frequenta el Padre Don Carlos. C. 648. y ſig.

Achaques: Los de la honeſtidad quan ſenſibles. C. 173.

Acto ſegundo: Qual lo tuvo el P. Guillen predicando? C. 541. El con que mueſtra la eſtampa de un condenado. *alli*.

Acuerdo: El Real Acuerdo depone ſu dictamen a el de el Senor Sariñana. A. 328. Informa à el Conſejo à favor de la Union. 41.

Adorno: Deſcribeſe el de la Igleſia de la Congregacion para la celebracion de la Bula. A. 47. El profano en las mugeres reprendido. B. 239. Como ſe ha de adornar la caſada para agradar a el marido? *alli*. Qual debe ſer el de las Religioſas? C. 110. La muger que lo dexa por el Confeſſor, ſe deſnuda como los arboles. 137. Como ſe los quitaba el P. Soſſa. *alli*. Muger caſada de calidad como puede adornarſe? C. 327. Como moderaba el Dr. Pedroſa el ſuperfluo: es eſte enemigo de la caſtidad. B. 325. El P. Montaño haze que una Señora ſe adorne: y como no? *alli*. V. *Mugeres*.

Advertencia: V. *Correccion*.

Afabilidad: Qual fue la de el P. Soſa. C. 138. La de el Confeſſor no ha de ſer mucha. 208. Quanta fue la de S. Franciſco de Sales. 305. La de el Padre Montaño. 309.

Agregacion. V. *Cofradia*: *Igleſia de San Juan de Letran*: *de la doctrina Chriſtiana*.

Agrio: Preſerva de corrupcion à las almas C. 20. 8.

Aguas: Las de los rios eſpirituales de que fuente dimanan? A. 196. Las de la Alverca ſymbolizan à la codicia. B. 265. Las de Zempoala buenas. C. 235. Amantes de las aguas las palomas. 360. Son ſymbolo de las virtudes. 390. Aguas de la piedra figuraron las de el Baptiſmo. *alli*. Conforme las aguas, aſsi el amor. 413. Voz de las aguas ſymbolo de la gloria. 422. Riquezas ſon como las aguas. 434. Se ſignifica en las aguas la obediencia. 440. Corre como ellas la vida. 488. V. *Fuentes*.

Aguazero: No le daña à el P. Soſſa diſcurriendo à pie por la calle. C. 58. huvo uno en Mexico muy copioſo. C. 595.

Aguila: Moſtroſe como ella el Dr. Pedroſa en el confeſſonario. B. 235.

Alas: Como ſe las cortò el Dr. Pedroſa à las palomitas de Bethlen. B. 53. Dos alas pulpito, y confeſſonario. 234. las de MARIA SSma. quales? C. 63.

Albaceas: No han de ſer ommiſſos. A. 473. Quan exacto lo fue de ſu Padre el Dr. Aldave. *Alli*. Lo es de Gallardo el P. Barcia. 541. Por averlo ſido de ſu Padre el P. Joſeph Garcia, ſe le ocaſionan mortificaciones. 602. Lo que dixo el Abbad Arcenio, aviendolo dexado uno por ſu Albacea 603. El Dr. Pedroſa no quiſo ſerlo de Don Juan Caballero. B. 265. Lo es el Dr. Torres. 417. y quan fiel. 419. Como ſe porta el Dr. Pedroſa ſiendolo C. 99. Lo es la Congregacion de el Sr. Malpartida, con deſinterez. A. 384. No quiere ſerlo el Padre Barcia. C. 465.

Alcides: Comparaſe à èl el Dr. Pedroſa aun en la cuna. B. 8. Sus hazañas en el Templo de Jupiter. A. 36.

Alegria: Ha de eſtar en el corazon: qual